





2
6
123









PRINCEPS EX C. TACITO

IOANNIS CELSI MINIATENSIS I. C.

Ad Illustriss. & Reuerendiss. D.

D^VM^ ALEXANDRUM STROZZAM Episcopum Miniatensem.





FLORENTIÆ, Typis Petri Nestei, 1634.

SUPERIORUM PERMISSU.



Illustris.[mo] & Reuerendiss.[mo] Domino

D.[NO] ALEXANDRO STROZZÆ

Episcopo Miniatensi.

FABIVS CELSVS FEL. PREC.





RIPVIT immatura, ac intempestiua mors filio meo dilectissimo, et gratissimo, et perficere, & in lucem edere hunc Principem suum partum, qui vsquè in tenebris delitesceret, si Dominus Ioannes Baptista Strozza eruditionis columen, eruditorum patronus, vt tandem emitterem non suasisset iudicio, non coegisset imperio. Verùm consentaneum est, & Principem, & posthumum in Principis sinum, & tutelam reci-

cipi, ac foueri. Neminem video, cui illum tutius commendare valeam, quàm tibi Principi Ecclesiastico, Illustrissime Præsul, qui adeò iustitiam excolis, vt veri Principis exemplar meritò sis dicendus. Sed nunc mei muneris non est præclaras animi tui dotes, cæterasquè virtutes, nec non amplissimæ Familiæ tuæ innumera stemmata recensere; potiùs enim reuerenti silentio ea explicem, quàm de ijs pauca indiserte dicam. Accipe igitur, Illustrissime Domine, hoc munusculum, quod nomini tuo dico, & offero in grati animi, ac summæ obseruantiæ meæ signum pro tot, tantisquè à munificentia tua in me collatis beneficijs, summaquè auctoritate tua illum, Familiamquè meam protegere digneris.

Sancti Miniatis xiij. Kalend. Nouembris 1634.

Admo-

Admonitio ad Lectorem.

HIC te tantisper mi Lector. Carpis me, non nescio, quòd multa in hac centonis mei congerie à Taciti mente, & sensu, dicam aliena. fateor equidem. At non rectè culpas, nisi id vnum ostendas, aliquid me in sententiam improbam, aut falsam inflexisse, quod non feci. Nam quin aliquid intorquerem, aut pauxillum flecterem, cùm in connexionibus, tùm ad aliquam sententiam explendam, facere non potui. Nequè verò id nouum, & à me solùm vsurpatum, vt, quod singulari quodam sensu dictum est, ad generalem transferatur. Dixerat Anna Didoni,

Id manes, & cineres credis curare sepultos? *Virg. 1. Aeneid.*

innuens nullam iniuriæ notam ossibus primi viri Didonem allaturam, si denupsisset Eneæ; Et tamen Petronius Arbiter eo sensu hunc versum *Satir. lib* suggerit mulierem illam solanti in morte mariti, quasì nil eius luctus, & lacrymæ iam extincto prodessent. Tacitus etiam scribit, quod Iudeis *Hist. lib 5.*

per-

Pol. lib. 1. c. 2. persuasum est, vnum esse omnium Regnatorem Deum, cùm tamèn Iustus Lipsius talia verba transferat ad eum sensum, qui debeat esse omnium nationum. Ergo si vitio vertis, quod magni Viri fecerunt, vel inhumanus es Lector, aut ego me tuebor exemplo.





CONSILIVM OPERIS, SEV PRÆFATIO EX TACITO.





ONSILIVM mihi eſt pauca de Principatu tradere,[a] alienis ſententijs, imò & verbis; Nam ego nunquam facundiam exercui,[b] ſine ira, & ſtudio, quorum cauſas procul habeo,[c] vtcunquè reperturi ſint, qui ob ſimilitudinem morum aliena facta ſibi obiectari putent.[d] Et quanquam pleraquè eorum, quæ referam, parua forſan, & leuia memoratu videri poſſe non ſum

[a] Tac. 1. Annal.
[b] 4. Hiſtor.
[c] 1. Annal.
[d] 4. Annal.

ne-

nescius, non tamèn sine vsu fuerit introspicere illa primo aspectu leuia, ex quis magnarum rerum monitus oriuntur[f], & quæ forsan vtilius alijs sit audisse, quàm nobis dixisse[g]. Hic interim liber Principi destinatus, professione erga eum affectus, aut laudatus erit, aut excusatus[h].

f ibidem.

g 4 Hist.

h In Agricol.

✠



PRIN-



PRINCIPIS EX TACITO.



PARS PRIMA.



CVNCTAS nationes, & Vrbes, Populus, aut primores, aut singuli regunt[a], & delecta ex his, & constituta Reip. forma faciliùs laudari, quàm euenire, vel si euenit haud diuturna esse potest[b] Populi imperium iuxtà libertatem: Paucorum Dominatio Regiæ libidini proprior est[c]. Sed vnum tamen

Tres Imperij formæ.

Quales esse.

Monarchia præfertur.

a 4. An.

b ibid.

c 6. An.

Rationibus monstratur. men Imperij corpus, vnius animo regendum videtur[d]. Vetus enim, ac pridèm insita Mortalibus potentiæ cupido[e], quæ cunctis affectibus flagrantior est[f], adeòvt arduũ sit eodem loci potentiam, & concordiam esse[g], nisi discordantis Patriæ, remedium sit, vt ab vno regatur[h]. Itaque pacis interest omnem potestatem ad vnum transferri[i], *Et exemplo* quomodo Augustus, cuncta discordijs ciuilibus fessa, nomine Principis sub imperium accepit[k]. *Successio, an electio? illa.* Et si autem optimum quemque electio inuenit[l], nascique, & generari à Principe fortuitum est, nec vltra *Et quare* æstimatur[m]; scimus tamen minori discrimine sumi Principem, quàm quæri[n], cum opportuni sint magnis, aut nouis conatibus transitus rerum[o], & plebem videamus, mortuo Principe motus noui cupidam[p],

d 1. Ann.
e 2. Hist.
f 15. Annal.
g 4. Ann.
h 1. Ann.
i 1. Hist.
k 1. Ann.
l 1. Hist.
m ibid.
n 2. Hist.
o ibid.
p ibib.

Sed

Sed vt vt ſit, prima principa-
q 13. Annal. tus[q] ratio eſto, Religione, & Diui- *Religionis prima inſpectio.*
r 3. Ann. no iure populum vincire[r]: & qui- *Sed vnius tantū.*
dem vna, cum ex diuerſitate mo-
ſ 5. Hiſt. rum crebra[ſ] bella: atque venere-
tur Princeps ſummum, & æter-
num illud, neque mutabile, neque
t ibid. interiturum[t], vnum inquam omni-
u ibid. um Regnatorem Deum[u], nec non
Summum Pontificem, ſummum *Pontifex etiam.*
hominum, non æmulatione, aut
odio, aut priuatis affectibus obno-
x 3. Ann. xium[x], neq; patiatur ritus eius, in- *Ritusque ſacri.*
ter aduerſa cultos, per proſpera
y 11. Annal. obliterari[y]; Adeſt enim Deus iu- *Nam Deus uindex.*
z 14. Annal. ſtę vindictæ[z], nec durant longè, qui
ex magna fortuna licentiam tan- *Nec aliàs durabile Regnum.*
a 4 Hiſt. & in Agric. tum vſurpant[a], non ad curas in-
tenti, ſed iners otium oblectando[b],
b 12 Annal. ſtupris, & adulterijs Principem
c 4. Hiſt. agunt[c], per licita, & illicita ſe fœ-
d 15. Annal. dantes[d]. Nil opus vetuſtioribus,
e 3. Ann. aut recentioribus exemplis[e]; ſit an- *Exemplū de Nerone.*

te oculos Nero, quem ſua luxuria, ſua immanitas ceruicibus publicis depulere[f], quinimò facinora, atq; flagitia adeò ipſi in ſupplicium vertunt[g], vt, eorum mens ſi recludatur, aſpici poſſint laniatus, & ictus, quando, vt corpora verberibus, ità ſęuitia, libidine, malis conſultis animus dilaceratur[h].

& conſcientia torquet.

f 1. Hiſt. g 6. An. h 6. An.

Princeps bonis artibus animum imbuat.

Hęc vt effugiat Princeps, & quò firmior aduerſus fortuita, Rempub. capeſſat[i], non, vt plerique, ſegne otium nomine magnifico[k] velet, animum quoque bonis artibus induat[l], virtutemque proprium hominis bonum ſectetur[m]. Non tamen ſtudia, Philoſophiæ præſertim, vltra quàm conceſſum ſit Principi, haurire velit[n], retineatque (quod eſt difficillimum) ex ſapientia modum[o]. Sed ratio in obſcuro[p], & neſcio qua fati occulta[q] lege, initia Principatus meliora, fi-

Studia ſectetur.

temperanter.

i 4. Hiſt. k Ibid. l 15. Annal. m 4. Hiſt. n Ibid. o ibid. p ibid. q 1. Hiſt.

r 15. Annal. nis inclinat[r], acribus, vt fit, ini- *Initia principatus sine meliora.*
s 6. Ann. tijs, incurioso[s] fine, adeò vi domi-
t 5. Ann. nationis quisque commutatur[t].

Cum autem inuisum semel, seù *semel inuisus semper idem.*
u 1. Hist. benè, seù malè facta premant[u], hoc
vnum Principi initio parandum *Ideò bonum nomē à principio.*
x 4. An. prospera sui memoria[x]; Cæteris
enim mortalibus in eo stant consi- *Diuersa Principū & priuatorū sors.*
lia, quid sibi conducere putent:
Principum diuersa sors, quibus
y 4. Annal. pręcipua ad famam dirigenda[y], quę *Fama optima initio.*
z 13. Annal. primis cœptis validissima[z] est.

Præcipuè verò nouum imperi-
um inchoantibus vtilis est clemen-
a 4 Hist. tiæ fama[a]; Etenim metus, & ter-
ror infirma vincula caritatis sunt,
quæ vbi remoueris, qui timere
b in Agric. desierint, odisse incipient[b]. *metus odium parat.*

Ideò amorem Princeps apud po-
pulares, metum apud hostes quæ-
c 11. An. rat[c], effusus clementia, & modicus
d 9. An. seueritate[d]. Verùm cum flagitia,
e 3. An. & facinora sine modo sint[e], graue-
scen-

Pænæ tamen locus esto. ſcentibus in dies publicis malis[f], non erit maleficiũ impunè habendum[g], ſed ſupplicijs, ac remedijs temperandum[h], & pro magnitudine delicti pœnam ſtatui par fuerit[i], *Pro magnitudine facinorũ.* adeoquè more maiorum[k]; Corporis enim morbos veteres, & diù auctos, non niſi perdura, & aſpera coerceas[l]. Et quidem plura peccantur, dum demeremur, quàm dum offendimus[m]: Nec vllum ſatis validum Regnum, vbi flagitia protegantur[n]. Non tamen vtendum *Leges ualeant.* Imperio, vbi Legibus agi poteſt[o]: *Princeps inſtar Dei eſt.* Et Princeps, quanuìs inſtar Deorum, tamèn ab illis ſcimus non niſi iuſtas ſupplicum preces audiri[p]. *Cum modo tamen,* Sed enim oportet omnia ſcire, non omnia exequi, paruis peccatis veniam, magnis ſeueritatem accomodare, nec pœna ſemper, ſed ſæpius pœnitentia contentum eſſe[q]; Et quanquam aduerſus ſon-

f 14. Annal.
g 3. Ann.
h Ibid.
i 14. Annal.
k Ibid.
l 3. Ann.
m 15. Annal.
n 3. Ann.
o 3. Ann.
p 3 Ann.
q In Agric.

tes

tes, extremaque exempla meritos,
r 2. Annal. tamen miseratio quoque oriatur[r]; Et miseratio præualeat.
Non enim quidquid reus pati meretur, id egregio sub Principe statuendum; carnifex, & laqueus
s Ibid. pridem abolita nomina sunt[s], &
pœnę legibus constitutæ, quibus
t 14. Annal. sine æuitia supplicia decernantur[t].
Vno verbo, nec dominationem, nec seruos, sed Rectorem, & Ciues cogitet, clementiam, & iustitiam
u Annal. capessat[u]: Iustitiam inquam, ne id Iustitia esto.
x 15. Annal. æquius, quod validius[x] sit: adeòque ipse, si quando cum priuatis Etiam cũ Principe disceptando.
y 4. Annal. disceptat, & forum, &[y] Ius.

Sed quia fori tabes pecuniam
z 11. Annal. Aduocatis affert[z], qui professoria Aduocatorum iniquitas.
a 13 An. lingua[a] non ius, aut verum in cognitionibus; sed solùm magnitu-
b 2. Hist. dinem opum spectant[b], nilque tàm venale est, quàm Aduocatorum
c 11. An. perfidia[c]; quandoque idem Prin- Princeps in Iudicio
d 1. An. ceps iudicijs assideat[d], ne inauditi,

& in-

& indefensi tanquam innocentes pereant[e]: Atque vbi conuentus, & iudicia poscant, grauis, intentus, seuerus, & sæpius misericors[f]. Videat ne quidquam ex rumore statuatur[g], nam innocentes plerumq; recenti inuidiæ impares sunt[h]: sed vt integris animis dijudicetur[i], ne obiecta crimina pro approbatis habeantur[k]; Cum mos sit vulgo falsis reum subdere[l], Idque facilè assequetur, quòd vera, & in deteriùs credita, ab vno meliùs discernuntur: odium, & inuidia apud multos valescit[m]. Sed istud quidem sępè reo proficit[n]; Nam in iudicio Pisonis cum accusatores, ac testes certatìm perorarent, respondente nullo, miseratio, quàm inuidia augebatur[o]. Sanctor etiam sit legum, quibus ipse Princeps obtemperet[p], atque det Iura, quis pace, & Princeps vtatur[q], sed parcè; Nam

Nihil ex rumore fiat.

Cui innocentes impares sunt

Vulgus falsis Reos facit.

Nimius ardor contra eos, illis prodest aliquando.

Leges sanciat Princeps.

e 1. Hist.
f In Agric.
g 3. Ann.
h 2. Ann.
i 3. Ann.
k Ibid.
l. An.
m 3. An.
n Ann.
o 3. Ann.
p 3 Ann.
q ibib.

cor-

corruptissima Resp. plurimæ leges[r], quarum plures à maioribus repertæ, obliuione, vel, quòd flagitiosius est, contemptu abolitæ, securiorem luxum fecere[s]; Cum etiam super omnibus negocijs meliùs, atque rectiùs olim prouisum, & quæ conuertuntur, in deterius mutentur[t], Vt satius sit sapienter reperta, & semper placita non verti[u]. His addatur modestiæ fama, quæ nec à summis mortalibus spernẽda est, & à Dijs etiam æstimatur[x]. Quid enim Princeps insolescat[y]? Cuncta mortalium incerta, quantòque magis adeptus sit, tantò plus in lubrico est[z]. Sit ore compositus[a], sermone, imperatoria breuitate[b], visu, & auditu iuxtà venerabilis, vt magnitudinem, & grauitatem summæ fortunæ retinens, inuidiam, & arrogantiam effugiat[c]:

r Ibid.
s ibid.
t 14. Annal.
u 3. Ann.
x 15. Annal.
y 2. Ann.
z 1. Ann.
a 2. Ann.
b 1. Hist.
c 2. Ann.

nam multæ legs obscint.
& cõtemptæ in peius redũt
cetera rectè ordinata,
Et in peius mutãtur.
modestiæ fama.
A Deo etiã existimatur.
Omnia vanitas.
Qualis Princeps in externis.

nec ei (quod est rarissimum) facilitas auctoritatem, aut seueritas amorem minuat[d]. Eiusdem animi[e] est, immotum esse aduersus vulgi sermones[f]: Nam quò prohibiti per Ciuitatem, eò plures sunt, ac si liceret, vera narraturi; quia vetantur, atrociora vulgabunt[g]: cum etiam conuicia spreta exolescant, si irascaris agnita videantur[h]. Honestius putet offendere, quàm odisse[i]; Mali enim sunt illi obscuri, eòque irreuocabiles[k]. Auget & famam decor oris cum quadam maiestate[l], cui maior ex longinquò reuerentia[m]; Nam omne ignotum pro magnifico[n] est. Ideòque rarus in publicum egressus, ne satiet aspectu[o]; Non tamen tempore curarum, remissionumque diuiso[p], inciuile putet misceri voluptatibus vulgi[q], illarum cupidi, etsi

ne in peius erumpant vetiti.

Odisse indignũ putet.

Reuerentur omnes ex longe.

Rarus egressus foras.

Non timeri nimis.

d In Agric.
e 16 Annal.
f 1. Ann.
g 3. Hist.
h 4 Ann.
i In Agr.
k ibid.
l 2. Hist.
m 1. Ann.
n In Agr.
o 14. Annal.
p In Agr.
q 1. Ann.

r 14. Annal. etsi cò Princeps trahat[r] læti; sæuæ quippè cogitationis est secreto nimis satiari[s]. Legimus Tiberium ijs annis, quibus Rhodi specie secessus exulem egit, non aliud quàm iram, simulationem, & secretas libidines meditatum[t]. Hùc ergo Princeps intendat diem editionibus trahere potiùs, quàm solum, & nullis voluptatibus auocatum, mæstam vigilantiam, & malas curas exercere[u]. Neque profectò maiores abhorrebant spectaculorum oblectamentis[x], quibus Romani plus aduersus hostes valuerunt, quàm armis[y]; cum populus quieti, & otio per voluptates assuescat[z], adeò vt, quod apud imperitos humanitas vocatur, pars quędam seruitutis sit[a].

s In Agr.
t 1. Ann.
u 3. Ann.
x 14. An.
y 4. Hist.
z In Agr.
a Ibid.

nam mali animi signum esset.

Ludis ergo aliquãdo se oblectet,

Antiquitus vsitatum id.

Cum prosit ad pacem populorum.

Id autem necessarium assuetis[b]; Nam populum, per tot an-

b 1. Hist.

Maximè si fuerunt assueti.

nos molliter habitum, quis audeat ad duriora vertere[c]? Hæc tamen cautè, vt lętitię potiùs, quam lasciuiæ dentur[d]; Animo enim, per lasciuiam corrupto, nihil honestum inest[e]. Ideòque Histriones, de quorum immodestia olim Cæsar in Senatu retulit, Vrbe pellantur[f], ne paulatim patrij mores euertantur per auctam lasciuiam, vt, quod vsquam corrumpi, & corrumpere queat, in Vrbe visatur, degeneretq; studijs externis iuuentus, ocia, & turpes amores exercendo[g]; Vix enim artibus honestis pudor retinetur, ne dum inter certamina vitiorum pudicitia, aut modestia, aut quidquam probi moris conseruetur[h]. Sed istud genus hominum, quia semper in Ciuitate nostra damnabitur, ideò retinebitur[i]?

Cautè.

Procul lasciuia.

Et Histriones.

Qui mores euertunt.

Modestia egrè conseruatur.

At retinentur illi, quia dãnati.

c 1. Annal.

d 14. Annal.

e 11. Annal.

f 4. Ann.

g 14. Annal.

h ibid.

i 1. Hist.

Deni-

Denique Princeps nil diuer- *Princeps nil diuersus à suis.*
k 2. Ann. sus à maiorum institutis[k]. (Nam
l Ibid. ignotæ virtutes, noua[l] vitia) comi-
tate, & alloquijs officia prouo- *Gratiæ studeat.*
m 5. Hist. cet[m], Militem donis, populum *Donis, & popularitati.*
annona, cunctos dulcedine ocij
n 1. Ann. pelliciat[n], vt nouis ex rebus au-
cti, tuta, & præsentia, quàm ve-
o ibid. tera, & periculosa malint[o]. Et
verò quàm Principi gloriosum *Id gloriosum.*
eos ad summa vexisse, qui & mo-
p 14. Annal. dica tolerarunt[p], vel nobilissimo
cuique: sed è re familiari desti-
q 13. Annal. tuto annua quædam constituere[q], *Reparet nobiles ruituros.*
ne clarissimæ Domus extinguan-
r 2. Ann. tur[r]: temperanter hoc etiam; Nam *Cum modo.*
simplicitas, & liberalitas, ni mo-
s 3. Hist. dus adsit, in exitium vertuntur[s].
Falluntur, quibus luxuria specie
liberalitatis imponit: perdere
t 1. Hist. multi sciunt, donare nesciunt[t],
Resp. deficiet, ærarium confrin- *Et nocet Reip.*
getur, quod si ambitione exhau-
seri-

ſerimus, per ſcelera ſupplendum erit[u]. Quinimò & iuſtiſſimum fuerit inde repeti, vnde inopiæ cauſa eſt[x], exemplo Galbæ, qui appellari ſingulos iuſſit, decuma tantum parte liberalitatis Neronis apud quemque eorum[y] relicta, quanquam illa defenſio occurreret, quòd muneribus eius obniti non debebant[z], ne dicam etiam, quod langueſcet alioquìn induſtria, & intendetur ſecordia, ſi nullus ex ſe metus, aut ſpes, & ſecuri omnes Principis ſubſidia expectabunt, ſibi ignaui, illi graues[a]. Vna etiam, quod tetigi, annonæ cura[b]; nam audire me memini ex ſenioribus[c], aliàs grauitate annonæ propè ſeditionem ventum, multaquè, ac plures per dies efflagitata, quàm ſolitum aduerſus Imp. ipſum[d]. Paupertas enim ſummum

Et priuatis.

Annonæ cura eſto.

Quæ neglecta ſeditiones oriuntur.

u 2. Ann.
x 1. Hiſt.
y Ibid.
z 14. Annal.
a 2. Ann.
b 4. Hiſt.
c 2. Ann.
d 6. Ann.

e 14. Annal. mum malorum[e] eſt, & plebs acri annona fatigata, & quibus domi res ambiguæ, & afflicta Fides in pace, turbatis rebus alacres ſunt[f], & per incerta tutiſſimos ſe putant, domeſticiſque malis excidium Patriæ opponere, & priuata vulnera, Reip. malis operire cupiunt[g]; Imò & odio præſentium, & cupidine mutationis ſuis quoque periculis lætantur[h]. Itaq; leuanda apertis horreis pretia frugum[i], vt quondam Tiberius ſæuitiam annonæ incuſante plebe, ſtatuit frumento precium, quod emptor penderet, binoſque nummos addidit negociatoribus in ſingulos modios[k].

Paupertatis mala.

f 1. Hiſt.

eiuſq effectus.

g 5. Hiſt.

h 3. Ann.

i 2. Ann.

Tiberij liberalitas.

k 2. Ann.

PRIN-



PRINCIPIS EX TACITO.



PARS SECVNDA.

Regendi onus.



QVONIAM autem arduum eſt regendi cuncta onus[a], nec poteſt Princeps cuncta ſua ſcientia complecti[b], tantæq; molis eſſe capax[c], aſſumat ideò alios in partem curarum[d], certus grauiſſimos eius lebores, quis orbem Terræ capeſſit, egere adminiculis[e], Sic enim faciliùs ſo- cia-

eget adiumento.

a 1. Ann.
b 3. Ann.
c 1. Ann.
d ibid.
e 12. Annal.

ciatis laboribus munia Reip. exe-
f 1. Ann. quetur[f]. Et quia omne consilijs *Præcipuè Consiliariorum.*
robur, sine quibus, quanuis
g 3. Ann. egregia inualida sunt[g], ideò Con-
siliarios paret: sed tales, qui sem- *Sed quales ij.*
per teneantur, & ijsdem nego-
h 16. Annal. cijs insenescant[h]: Vigilantes, &
i 16. An. pares negocijs[i], recti, peruicaces[k]
k 4. Hist. l 4. Ann. opum contemptores[l] (cum pessi-
mum humani affectus venenum
m 1. Hist. sua cuique vtilitas[m]) animorum
n in Agric. Prouinciæ gnaros[n], & tandèm
eos, qui veri copiam faciant, non *liberi sunto.*
qui suspensa, & quò ducantur in-
o 11. Annal. clinatura respondent[o]: & ità com-
positi, vt ex euentu rerum aduer-
sa abnuant, vel prospera agno-
p 3. Hist. scant[p]. Apagè contra, qui tan- *Non contumaces, et contrarij aliorū sententijs*
tum aliorum sententijs contradi-
q 1. Hist. cunt[q]; (sed hi faciliùs tamen per-
feruntur, quàm silentium omnia
r 16. Annal. damnantium[r],) & qui consilij,
quanuis egregij, quod non ipsi

afferunt, inimici[s], & aduersus periculos peruicaces[t], bonum publicum priuatis simultatibus impediunt[u], prospera sibi vindicantes, aduersa alijs imputantes[x]. Placent, qui specie obsequij regunt, & ad omnia, quæ agenda sunt, cum industria adsunt[y]. Probatur verò cunctator natura, & cui cauta consilia cum ratione, quàm fœlicia ex casu placent[z].

Sint modesti. *Tardi.*

s ibid. *t* ibid. *u* 14. Annal. *x* 2. Ann. *y* . Ann. *z* 2 Hist.

Ergò compositiùs cuncta, quàm festinantiùs agantur[a], & licèt aliquando quis subitus consilio, sed euentu[b] clarus, adfuit ei, inquam ego, fortuna, vbi artes deerant[c]: Nam verum est, scelera impetu, bona consilia mora valescere[d], & Principes prouidendo, consultando, cunctatione sæpiùs, quàm temeritate prodesse[e]: Cum etiam honestas rerum causas,

Raro celeres fœlices.

a 15. Annal. *b* 4 Hist. *c* ibid. *d* 1. Hist. *e* 3. Hist.

ſas, ni iudicium adhibeas, per-
f 1. Hiſt. nicioſi exitus conſequantur[f].
Qua ratione moris olim fuit, & *mos Principem ſcripto adeundi.*
eſt, quanquam præſentem ſcri-
g 4. Ann. pto adire Principem[g], cum tem-
pus tanquam ad integram conſul *Eiuſq ratio:*
h ibid. tationem ſibi ſeruet[h]. Aliud ta-
men in ſubitis, & vbi facto ma- *Non ſemper lentè conſultandum.*
i 1. Hiſt. gis, quàm conſulto opus[i] eſt;
Tunc non licèt inutili cunctatio-
ne agendi tempora deliberando
k 3 Hiſt. conſumere[k], & dies rerum verbis *Et quando.*
l Ibid. terere[l], quia non opus cunctatio-
ne, vbi pernicioſior ſit quies,
m 1. Hiſt. quàm temeritas[m], nec in eo con-
ſilio, quod non poteſt laudari,
n ibid. niſi peractum[n]. Sed conſtat for- *Fortes ſubitis terrentur.*
o 15. Annal. tes viros etiam ſubitis terreri[o]; Et
vt euenit in caſibus infelicibus,
optima videri, quorum tempus
p 1. Hiſt. effugit[p]. Princeps poſt hæc qui *quomodo Princeps conſilium capiat.*
magnarum rerũ conſilia ſuſcipit
æſtimare debet, an quod inchoa-

tur Reip. vtile, ipsi gloriosum, aut promptum effectu, aut certè non arduum sit: simùl ipse, qui suadet considerandus est, adijciat ne consilio suo periculum suum, etsi fortuna cœptis affuerit, cui summum decus acquiratur[q]: Atq; vtilissimus hic, ac breuissimus bonarum, malarumq; rerum delectus tibi esto[r]. [q 2. Hist.] [r 1. Hist.]

Ardua effugiat. Illud profectò salubriter moneo, vt in consilio, si quod arduum est non sibi Princeps, sed Ministris permittat[s]; adeòque totam rem ad illos reijciat[t], ne sit velut offensionum auidus[u]. [s 2. Ann.] [t 3. Ann.] [u ibid.]

Non primus sententiā dicat. Caueat etiam periculum dicendæ primo loco sententiæ[x], ne cæteris assentiendi necessitas[y] fiat, & ne in adulationem concedant, dum obuiam ire eius sententiæ nolunt[z]; Cum etiam decorum sit, vt ità quasi meditationi suæ quædam [x 4. Ann.] [y ibid.] [z 2 Hist.]

dam

a 16. Annal. dam relinquat[a]; ideòque nuſquam cunctabundus, niſi cum in *Sed cunctabūdus ſit.*
b 1. Ann. conſilio, aut Senatu loquatur[b].
Imò tunc artem calleat, qua verba expendat validus ſenſibus, &
c 13. Annal. conſulto ambiguus[c]. Conſilia, & *Et ambiguus.*
d 1. Ann. arcana domus non vulgentur[d], & propterea de reconciliandis inuicem inimicis, de coniungendis affinitatibus, de pace denique, ac bello haud in conuiuijs conſultet, tanquam nullo tempore magis ad ſimplices cogitationes pateat animus, aperi- *Unde nō conſultet palam.*
e De morib. Germanorũ. atque ſecreta pectoris licentia[e] loci; Cum tamen ſæpè neque ratio, neque qualitas rerum patiatur conſilia cunctis præſentibus
f 1. Hiſt. tractari[f]. Denique conſilia quibus impar ſit Princeps, fato, cui *Conſilia fortunæ aliquando permittantur.*
g 5. Hiſt. nihil arduum[g] eſt, permittat[h]; cum
h 6. Ann. quædam, quæ prouideri non poſ
i 2. Ann. ſunt, fortuitò in meliùs cadant[i].

Sed

assentatio vetus malum. Sed cum assentatio, vetus in Aula malum[k], erga Principem quẽcunque sine affectu peragatur[l]: *erga Principem facilis.* (Nam suadere quod oportet multi laboris[m]) habeatque penes se, quibus honesta, & inhonesta laudare mos est[n], atque, pessimum genus inimicorum, laudantes[o] tradito more Principem adulandi[p], *mos Principe adulandi.* nisi sciat ipse sua prudentia honesta à deterioribus, vt lia à noxijs discernere[q], ægrè se, domum, pacemque substentabit[r]. *Propria Principis prudentia* Primò ergo ei suorum noscenda natura, *Noscat suos.* & quibus modis temperanter habeatur[s], vt in bonarum, malarumque rerum delectu cogitare possit, quid sub alio Principe ipse vellet, aut nollet[t]. Deindè nihil intermissa rerum cura, negocia pro solatijs accipiens[u], munia imperij obeat[x], libellumque habeat, vnde possit callere, quot opes *Negocia amplexetur.* *Et breuiarium imperij habeat.*

k 2. Ann.
l 1. Hist.
m ibid.
n 3. Ann.
o in Agric.
p 1. Hist.
q 4. Ann.
r 1. Ann.
s 3. Ann.
t 1. Hist.
u 4. Ann.
x 1. Hist.

opes contineantur, quot Ciuium, sociorumque in armis, quot Classes Prouinciæ, tributa, vectigalia, necessitates, aut largitiones[y]; hanc curam sustinet Princeps: hæc omissa funditus Rempub trahit[z], & cogetur alioqui vim Principatus resoluere, cuncta ad Senatum, & alios reuocando[a]; Cum tamen ea sit conditio imperandi, vt non aliter ratio constet, quàm si vni Principi reddatur[b]. Malus profectò Princeps, qui leui auditu quamuis magna transmittit[c], abundè ratus, si præsentibus fruatur, nec in longius consultans[d], ac si exiret Imperio[e], Huic non absimilis Claudius ille, cui non iudicium, non amor, nisi indita, & iussa[f]. Sed quantulum istud est, de quo Princeps monetur? si cætera respicias in leui habendum[g]. Nemo hercule,

y 1. Ann.
z 3. Ann.
a 1. Ann.
b 1. Ann.
c 2. Hist.
d ibid.
e 3 Hist.
f 2. Ann.
g 3. Ann.

Malus Princeps. qui negocia leuiter audit.

le, nemò cogitat, quantum opis Domus eius eget, quæ velut per incerta tempestatum quotidiè voluitur[h]. Hanc ergo ipse præcipuè coerceat, quod plerisq; haud minus arduum est, quàm Prouinciam regere[i]: Non ex commendatione, aut precibus quemquam asciscat, sed optimum quemque fidelissimũ putet[k]: Nihil in pœnatibus venale, aut ambitioni peruium[l], nec patiatur, quod caput est, priuati hominis nomen supra, vel iuxtà suum attolli, quod est formidolosum[m]; Vbi enim Princeps ab aliquo suorum vincitur, statim se illi incautum, intectumq; efficit[n], mox irrepit hic paulatim militares animos adeundo, appellando, simùl ipse Centuriones, ac Tribunos eligere, neque Senatorio ambitu abstinere; clientes suos hono-

Aulam formet.

Quod est difficilè.

Procul ambitio, & auaritia.

Non patiatur suis circũ agi.

quæ enim inde mala.

h ibid.

i In Agr.

k In Agr.

l 13. Annal.

m in Agric.

n 4. Ann.

honoribus, aut Prouincijs ornando[o]: Ianitoribus suis innotescere pro magnifico reputatur[p], deprecanda modestia eius, vt contentus[q] sit: Cuncta malefacta impune ratur, tanta potentia subnixus[r], quid, quantumque inde superesse credas, vt collega Imperij dicatur[s], & Regni arbitrũ agat[t]? Nero in hoc certè magnus, cui non erat infra seruos ingenium[u]. At decipitur à quibusdam Princeps, qui cum somnium, & inertiam ostentent, eò acriores[x] sunt, quorum dicta, & facta quantò solutiora, & quandam sui negligentiam proferentia, tantò gratiùs in vim simplicitatis accipiuntur[y]. Ij verò, vt incipiente potentia bonis artibus innotescat[z], fulgorem honorum minimè precantur[a] (Cum tamen specie recusantis concupiscant[b])

o ibid. p 6. Ann. q 4. Ann. r 12. Annal. s 4. Ann. t. Ann. u 13. Annal. x 3. Ann. y 6. Ann. z 4. Ann. a ibid. b 1. Ann.

Non sic Nero.

decipitur Princeps à quibus? & quibus artibus.

excubias, & latores pro incolumitate Principis malunt[c], omnia que seruiliter pro dominatione[d]. Nam ex eo maiores fiunt, & quanquam exitiosa suadeant, vt non sui anxij, cum fide audiuntur[e]. Alij se illi socios libidinum faciunt[f], & ad vitiorum imitaměta delabuntur[g]. Oh facinus, oh scelus[h]! At vindicatum, quia hi tanquam exprobrantes aspiciuntur[i], & post admissum scelus, leui gratia, dein grauiori odio sunt[k]. Aggregantur his etiam (pudet[l] dictu) scurræ, Histriones, Aurigæ, & id genus, quibus amicitiarum dehonestamentis Principes gaudent[m], ità sæpe firmatis eorum auribus, vt aspera sint, quæ vtilia, nec quidquam, nisi iucundum accipiant[n]; quinimò (quis credat?) vidimus hos præcipuos, quibus secreta Imperantium

A socijs libidinũ quoque.

Nec non à nebulonibus.

Qui sæpe preualent melioribus,

c 4. Ann.
d 1. Hist.
e ibid.
f 1. Ann.
g 16. Annal.
h 11. Annal
i 14. Annal.
k ibid.
l In Agr.
m 2. Hist.
n 3 Hist.

o 3 Ann. tium innitantur[o]: Adeò interdum
p In Agr. inertia pro sapientia[p] est. Sunt *Ab Adulatoribus.*
postea, quibus est iuxtà adulatio, & superbia, palàm compositus pudor, intusque summa adipi-
q 4. Ann scendi cupido[q], fronte læti, licèt
r in Agr. pectore anxij[r], subdoli fingendis
s 4. Ann. virtutibus[s], luxuria, industria, comitate, arrogantia, malis bo-
t 1. Hist. nisque artibus misti[t]; Nimiæ voluptates, cum vacat, quoties expedit magnæ virtutes, palàm laudares, secreta malè audiunt, apud proximos, apud Collegas varijs
u ibid. illecebris potentes[u]. Hi inquam apud infirmum, & credulum
x 1. Hist. Principem[x], minore metu & ma- *Dũ Principem credulũ habent.*
y Ibid. iori præmio peccant[y], & decipi-
z ibid. unt incautum[z], qui sæpè iussis alienis obnoxius, veluti pupillus, non modo Imperij, sed liber-
a 14. An. tatis etiam indiget[a], quanquam finita pueritia, & dum robur ad-

cogitationũ Principis quod faciant periti. est iuuentæ[b]. Quò accidit quoque, vt cogitationum eius periti paulatim hùc flectat, vt Principem ad vitam procul Vrbe amenis locis degendam impellant, negocia, populi acccursus, & multitudinem affluentium increpantes, laudibus verò quietem, & solitudinem extollentes[c]; Multa quippè prouident sua in manu aditus, negociorumque magna ex parte se arbitros fore, secretoque loci Principem mollitum munia Imperij faciliùs tramissurum: Et minui[d] sibi inuidiam adempta salutantium turba, sublatisque inanibus, vera potentia augere[e]: Hæc sapientia, hæc Philosophorum præcepta sunt, quibus postea intrà breue spatium Regiæ amicitię tot millia sextertiũ parant[f]. Nam Princeps hiantes talium cupiditates amicorum *Dites efficiuntur.*

b ibid.
c 4. Ann.
d
e ibid.
f 14. Annal.

ex-

g 10 Hist. expletg, & priuatim largitur,
h 2. Hist. quòd auidiùs de Rep. sumath, dum *cum Reipub. damno.*
pauperes pari dolore aliena commoda, & suas iniurias intuentur[i]: Nimirum ipsi vultures, spes *Auiditas eorum.*
i 1. Hist. votáque sua non priùs ad Deum, quam ad Principis aures conferunt[k]; Petunt, & vbi prima
k 4. Ann. prouenerint, iterum petunt[l], donec
l 1. Ann. vterque mensuram impleat, & Princeps quantum tribuere illis potest, & illi quantum ab eo accipere[m], vt nihil felicitati eorum
m 14. Annal. desit, nisi eius moderatio[n]. Pu-
n ibid. det referre quosdam, qui ne dum præcipuos caritate Principis fortuna antecellunt[o], sed & adeò di-
o ibid. tiores spectantur, vt quis eorum intra se ipsum aliquando voluat: Ego ne prouinciali, & humili loco ortus Proceribus Ciuitatis annumeror? Vbi est animus ille modicis contentus? in-

ter

ter nobiles, & longa decora præferentes nouitas mea enituit? Tales hortos instruit, & per hæc suburbana incedit, & tantis agrorum spacijs, tàm lato fænore exuberat[p]? Atque ità ex pauperibus diuites, ex contentis metuendi, perniciem alijs, ac postremò sibi multoties inuenientes[q], fato potentiæ raro sempiternæ[r]. Et vidi ego multos ex Aula ætate prouecta speciem magìs in amicitia Principis, quàm vim tenuisse, idque, & Mœcenati acciderat[s]; An satias capiat, aut eum, cum omnia tribuerit, aut illos, cum iam nihil reliquum sit, quod cupiant[t]. Accedit, vt obiter dicam, quòd nemo omissis præcipitibus tuta, & salutaria capessit[u] Sed nimia potentia vecors[x], & felicitate corruptus[y], sæpè valentiores irritat[z], & omnia facit, vt

Sed corruunt.

Ità fato Potentiæ.

Ratione satietatis.

p ibid.

q 1. Ann.

r 4. Ann.

s ibid.

t ibid.

u 14. Annal.

x 4. Ann.

y 1. Hist.

z 2. Ann.

pari

a 4. Ann. pari exitio vigeat, & cadat[a]; Eoq; magis, quòd cum insita sit mortalibus natura recentem aliorum felicitatem ægris oculis introspicere, modumq; fortunæ à nullis alijs exigere, quàm quos in æquo videre[b], reperies quibus inuidia in occultò, adulatio in aperto[c] est, qui secretis criminationibus te infament, & quò incautior decipiare, palàm laudent[d], mox auribus Principis adrepentes[e] (vt obtrectatio, & liuor pronis auribus accipiuntur[f]) insimulent de eo sinistros sermones, vel id genus ex moribus eius quędam deligentes, vt quia vera, etiam dicta credantur[g], donec te tandem peruertant[h], & tunc sicut prosperis tuis rebus certarent ad obsequium, fortunam aduersam omnes detrectabunt[i]: statim relictum tui limen nemò adire, nemò solari[k]:

Inuidia æmulantium.

Quomodo obsit.

b Hist.
c 4. Hist.
d 1. Hist.
e 1. Ann.
f 1. Hist.
g 1. Ann.
h 15. Annal.
i 2. Hist.
k 13. An.

Itaque

Itaque, qui ſapis, cogita intuta, fere ſemper eſſe aduerſa[l], & nihil tàm inſtabile, & fluxum, quàm potentia non ſua vi nixa[m]. *l 12. Annal.* *m 13. Annal.*

Prætereà, vt ad incepta redeam[n], Prouincijs, & adminiſtrationibus alios Princeps præficiat[o], ſed non peccaturos potiùs, quàm damnandos cum peccarint[p]; diſpiciat merita, tardèque concedat, quod datum adimeretur[q]. Apud Maiores quidem Virtutis id prætium fuit, vt cunctis Ciuium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere Magiſtratus, & Officia[r]. Ac nec ætas quidem diſtinguebatur, quia prima iuuēta (quæ cupiditates adoleſcentię iam effugerit[ſ]) Conſulatum, & Dictaturam iniret[t], non ambitu, aut vi[u]; Cum nemo Imperium flagitio quæſitum bonis artibus exerceat[x]: Adeò vt honoris æmulatio pro-

Prouinciæ Gubernatores præficiantur. *Quales.* *qui meritis, & virtutib. præſtant.* *Iuuenes etiam.* *ſed contra eſt.*

n 2. Annal. *o In Agr.* *p ibid.* *q 13. Annal.* *r 11. Annal.* *ſ 11. Ann.* *t 11. Ann.* *u 1. Ann.* *x 1. Hiſt.*

pro neceſſitate Virtutis eſſet[y]. At contra Capitonis obſequium dominantibus probatur[z], quantoq; quis illo promptior, honoribus, & opibus extollitur[a]: Imò, quod eſt turpius, ſpretis melioribus ſępe deterrimi valent[b], Cum fato quodam, & ſorte naſcendi, Principum inclinatio in hos, offenſio in illos ſit[c], & quibuſdam etiam pro virtutibus fortuna[d], vt nihil ſtrenuus ab ignauo, ſapiens ab imprudenti, conſilia à caſu differant[e], Verùm non eſt noſtrum, fateor, æſtimare, quem ſupra cęteros Princeps extollat[f]; Ei namque ſummum rerum iudicium Deus dedit[g]; Ideò abditos Principis ſenſus, etſi quid occultius parat, exquirere illicitum, anceps, nec ideò aſſequare[h]. Et quidem videas etiam ſæpe multos in Prouincijs contra quàm ſpes, aut me-

z 3. Ann.
a 1. Ann.
b 1. Hiſt.
c 1. Hiſt.
d 2. Hiſt.
e Ann. In.
f 6. Ann.
g ibid.
h 6. Ann.

Nam forte naſcendi gratioſi quidā apud Princip. alij odioſi. & fortuna prævalet.

abditi ſenſus Principis.

Multi in melius euadunt rerum magnitudine

metus de illis fuerit, egisse[i]; Exci- *i 3. Ann.*
tantur enim quidam ad meliora magnitudine rerum, hebescunt alij[k]. Vitabit autem offensiones[l] *k Ibid.* *l 2. Ann.*

Sorte potius quidam Magistratus magis quam electione fiant.

Princeps, si quosdam Magistratus sortiri nominatim, quàm eligi malit[m]. Vt enìm fatear, sorte, *m 4. Hist.*
& vrna mores non discerni[n], tamen ambitioni, aut inimicitijs *n ibid.*

Mulieres an Gubernatores comitentur.

per sortem locus non erit[o]. Sed *o ibid.*
eum, cui Prouincia obuenit, an vxor comitetur[p]? sanè dubitatur; *p 3. Ann.*
nec frustra olim placitum, ne fæminæ in socios, aut gentes externas traherentur; non enim

non videtur.

imbecillis tantum, & impar laboribus hic sexus, sed si licentia adsit sęuus, ambitiosus, potestatis auidus[q]. His statìm adhæret *q ibid.*
deterrimus quisque, ab his negocia suscipi, transigique[r] videmus, *r ibid.*
cum tamèn plerunque sit muliebre consilium deterius[s]. At cum *s 15. Ann.*

viri

viri in eo culpa ſit, ſi fæmina modum excedat, ob vnius, aut alterius imbecillem animum malè eriperentur maritis conſortia vxorum[t], quarum reperiuntur nonnullæ, quæ à virilibus curis vitia fæminarum exuerunt[u], ſimul ſexum natura inualidum deſeri non debet, & exponi ſuo luxui, & cupidinibus alienis[x]; Cum fæmina amiſſa pudicitia, nec alia flagitia abnuat[y], & vix præſenti cuſtodia manent illæſa coniugia, Quid fortè ſi per annos in modũ diſſidij obliterentur[z]? ergo prior ſententia eluſa[a]. Parem verò dignum eſt vim habendam rerum à Præſidibus iudicatarum, ac ſi ipſe Princeps ſtatuiſſet[b]. Verùm & ab illis omnia ea modeſtia, tractanda[c] ſunt, vt ne dum rariſſima moderatione malint videri in Prouincia inueniſſe bonos, quàm

Sed contra melius.

Gubernatores uice Principis

Modeſtè agant.

t 3. Ann.
u 4. Ann.
x 3. Ann.
y 4. Ann.
z 3. Ann.
a ibid.
b 11. Annal.
c. 3. Ann.

fecisse[d], sed etiam nunqnam in suam famam gestis exultent, ad auctorem, & Principem fortunam, & omnia referendo[e]; Sic etiam extra inuidiam, nec extra gloriam erunt[f]: Procul ab æmulatione aduersus Collegas: Procul à contentione aduersus procuratores, & vincere inglorium, & atteri sordidum arbitrentur[g]. Suaserim autem ego, vt sicut metu repetundarum infracta auaritia præsidum est[h], ità trepidare de æstimatione eorum, & æqualiùs, & constantiùs regerent[i], si mitterentur, qui Prouincias viserent, & quid de cuiusq; obsequio videretur, referrent, vt olim fiebat[k].

Cõtentiones vitent.

Sindicatur, ut dicitur, Metus.

Visores Prouinciarũ mittantur.

d in Agr.

e ibid.

f ibid.

g ibid.

h 15. Annal.

i ibid.

k ibid.

Illud etiam subnecto, quod quanquam moris olim fuit Tiberij continuare Imperia, ac plerosq; vsque ad finem vitæ in eisdem

An continua imperia.

l 1. Ann. dem iuriſdictionibus habere[l]; tamen Dictaturæ ad tempus ſumebantur[m], & rectè. Superbiunt homines annua deſignatione, quid ſi honorem longiùs agitarent[n]? Verùm nec quæ hucuſque dicta ſatis, niſi alijs monumentis inſiſtat Princeps[o]: Et quia non Legiones, non Claſſes æquè firma Imperij monumenta, quàm numerus liberorum[p], ſit propterea cælibis vitæ intolerans[q], non tamen cõiugis Imperio obnoxius[r]; Quod enim ſubſidium in eo, qui à femina regatur[ſ]? Ita ſubſidia dominationis firmabit[t], exemplo Auguſti, qui Marcellum ſororis filium, dein Poſthumum Agrippam, mox nepotes ſuos, poſtremò Tiberium Neronem priuignum in proximo ſibi faſtigio collocauit[u]. Aliquantum aliorum ſpes cohibentur ſi ſucceſſor non incer-

m ibid.
n 2. Ann.
o 1. Ann.
p 4. Hiſt.
q 12. Annal.
r ibid.
ſ 13. Annal.
t 1. Ann.
u 1. Hiſt.

Imò non.

Filij Regni fulcrum.

Principes coniugem ducant.

Non tamen ei ſeruiant.

Itá fraudes extirpantur.

incerto[x] ſit. Indè plena Cæſarum domus cupitis Seiano moram afferebat[y]. Præter quam quòd nil honeſtius leuamen cenſoriæ mentis, quàm aſſumere coniugem proſperis, dubijſque ſociam[z]: Eſtque Matrimonium ad maiora nitenti decus, atque robur[a].

Eius bona.

x 4. Ann.
y 3. Ann
z 12. Annal.
a in Agr.

Quando autem maritandum Principi eſt, deligi oportet fæminam nobilitatè, puerperijs, & ſanctimonia inſignem[b]: At nec noua in fratrum filias coniugia[c], ne claritudinem generis aliam in domum inferant[d]. Nam audiui à parentibus, & vidi ego arripi coniuges ad libita Principum[e], qui ſolent, prout conducat, mores accomodare[f]: Sed non tantùm Princeps in Domo ſucceſſorem quærat, verùm, & in Rep.[g] ſcilicèt bonum[h], ne videatur alioqui com-

Ducatur Uxor ex nobili, & fæcunda familia.

Si opus ſit ducatur etiam ſanguine coniūcta. ſed cum Sum. Pontif. diſpenſatione.

Principes ſolent mores utilitati accomodare.

Bonum ſucceſorē Princeps paret.

b 12. Annal.
c ibid.
d ibid.
e ibid.
f ibid.
g 1. Hiſt.
h 1. Ibid.

cōparatione deterrima ſibi glo-
i 1. Ann. riam quærere[i] voluiſſe. Imbuat
proindè futurum generis huma-
k 3. Ann. ni rectorem[k] bonis recordationi- *& quomodo eũ inſtruat.*
l 4. Ann. bus[l], firmetq, animum eius con-
m 16. Annal. ſtantibus exemplis[m], vt præcipuè
n 3. Ann. diſcat è paternis conſilijs[n] ſe ità
natum eſſe, vt bona, malàque
o 4. Ann. ſua ad Rempub. pertineant[o]: Ita
enim cum ſolus arbiter rerum
p 2. Ann. fuerit iure, ac nomine Regio[p]. *Vt rectè gubernet.*
Magiſtros exuet, ſatis amplis Do-
ctoribus inſtructos maioribus
q 14. Annal. ſuis[q].

Neruus etiam Imperij, ciuiliſ-
que belli, vt Mucianus dictitabat,
r 2. Hiſt. pœcuniæ conquiſitio[r]. Siquidem *Tributa neceſſaria*
nec quies gentium ſine armis, nec
arma ſine ſtipendijs, nec ſtipen-
dia ſine tributis haberi queunt[ſ].
ſ 4. Hiſt. Hi fructus, quibus Reſp. ſuſti-
t 13. Annal. netur[t]: Itaque diſſolutionem im-
u ibid. perij doce, ſi diminuantur[u]. Non

Quomodo imponantur. tamen Principis cupido auri immensa sit, obtentum ergo habeat, quasi subsidium Regno paretur[x], ne subditi pacem exuant eius magis auaritia, quàm obsequij impatientia[y], vbi viderint Prouincias nouis oneribus subinde turbari[z], vel grauia, & intolerabilia, necessitate velut armorum excusata, etiam in pace manere[a]. Nam audiui multos Principes pecunijs acerbè conquirendis plus inuidiæ, quàm virium addidisse[b]. Temperandæ quoque pupublicanorum cupiditates[c], vt sine crudelitate exactio fiat[d], ne per tot annos sine querela tolerata nouis acerbitatibus ad inuidiam vertant[e]. Quidam sunt populi, qui tributa, & iniuncta Imperij impigrè obeunt munia, si vis, & iniuria absint, domiti, vt pareant, non vt seruiant[f]. Suasio

Ne subditi desciscant.

Modestè exigenda.

x 12. Annal.
y 4. Ann.
z ibid.
a 2. Hist.
b 4. Hist.
c 13. Annal.
d 4. Ann.
e 13. Annal.
f In Agr.

sio propterea adhibeatur, quæ ab
eo, qui iubere potest, vim neces-
g 14. Annal. sitatis affert[g]. Quæ enim rabies,
boues ipsos, mox agros, postre-
mò corpora seruitio, & pænæ tra-
h 4. Ann. di[h]? Hinc ira, & quæstus, & post-
i ibid. quā non subuenitur[i], nihilq; profi
ci patientia viderint, nisi vt grauio-
ra tanquam ex facili toleranti-
k In Agr. bus imponantur[k], remedium ex
l 4. Ann. bello[l], quò miseram pacem benè
m 3. Ann. mutare possint[m]. Ideò spectatissi- *Et eorū cura bonis detur*
n 4. Ann. mo cuique heres amandentur[n],
etsi fallent rerum attrocium mi-
o 13. Annal. nistro puniantur[o]. Quia verò amis-
si semel mores funditus Remp. *Censura vsui.*
trahunt, ideò si quid in illis labat,
p 2. Ann. non desit corrigendi auctor[p]; mo-
dum Princeps poscat argento,
q 3. Ann. suppellectili, familiæ[q], ne luxus
mensæ profusis sumptibus exer-
r ibid. ceatur[r], ne promiscuis Viris, &
fæminis vestes, neuè vasa auro

ſolida adminiſtrandis cibis fiant[f]. f ibid.

Cui Princeps præeat. Præcipuus autem adſtricti moris auctor ipſe ſit, antiquo cultu, victuque[t]. Nam obſequium in t ibid. Principem, & æmulandi amor validior eſt, quàm pæna ex legibus, & metus[u]. Sed cum me- u ibid. diocribus remedijs his malis reſiſti non poteſt, neſcio an ſuaſurus ſim, omittere potiùs præualida,

Vitijs adultis cõniuẽdum aliquãdo. & adulta vitia, quàm hoc aſſequi, vt palàm fieret, quibus flagitijs impar Princeps ſit[x], at- x ibid. que ità expectare, donec pauperes neceſſitas, diuites ſatietas in

Cur? melius mutet[y]; Inde eorum enim y ibid. eſt attrectare, quod non obtineretur[z], quia non ædilis, aut Præ- z ibid. toris, ſeù Conſulis Princeps partes ſuſtinet, maius, & excelſius ab eo poſtulatur[a]. Cum etiam a Ibid. pars ſapientiæ ſit quoquomodo acta, ſi mutari non poſſunt, com-

pro-

b 1. Hist. probare[b], & imminentem neceſ-
c 1. Ann. ſitatem ſponte præuenire[c]. Vt ſileam haud expedire grauioribus remedijs reſtinguere, quod pau-
d 3. Ann. latim exoleſcit[d], Ineſt cunctis in rebus quidam velut Orbis, & vt temporum vices, ità morum ver-
e ibid. tuntur[e]. Tandem nocuit ſemper antiquus rigor, & nimia ſeueritas, cui iam pares non ſu-
f 1. Hist. mus[f]; Nam vitia erunt, donec homines, ſed neque hæc continua, & interuentu meliorum
g 4. Hist. penſantur[g].

Ea enim non exoleſcant.

Viciſſitudo rerum.

Nimius rigor obeſt. uitia eterna.

Cæterùm & vim Principatus ſibi firmat Princeps, ſi imaginem antiquitatis Senatui præbe-
h 3. Ann. at[h], tanquam veteri Rep.[i] eadem
i 1. Ann.
k Ibid. Magiſtratus vocabula retinẽdo[k], & munia Senatus ad ſe trahen-
l ibid. do[l]. Quid refert? cum Reſpub. &
m 1. Hist. Senatus vana nomina ſint[m]. Ius ergo Imperij valeat, inania tranſ-

Eadem Reſp forma ſeruetur.

Dummodo Ius imperij præualent.

mittantur[n]. Quo intuitu Augustus tribunitiam potestatem summi fastigij vocabulum reperijt ne Regis, aut Dictatoris nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliqua, cætera Imperia præemineret[o]. Itaque sua Consulibus, sua Prætoribus species: minorum quoque Magistratuum exercita potestas[p], ne populus ademptum sibi ius inde queratur[q]. Demum & inter instrumenta Regni habeat[r] Princeps simulationem, factus natura, & consuetudine velare odium fallacibus blanditijs[s]: Tiberius nullam ex virtutibus suis, vt rebatur, magis quàm illam diligebat[t]; Vnde iam iam eum moriturum, & vires, & corpus, non tamen simulatio deserebat[u]. Non occultus odij[x], & simulationum nescius[y] egre regnat, vt multorum euen-

Simulatio bona dominanti.

o 3. Ann.
p 4. Ann.
q 1. Ann.
r 3. Ann.
s 14. An.
t 4. Ann.
u 6. Ann.
x 4. Ann.
y ibid.

tis

z ibid. tis docemur[z]: Itaque eſto mihi Princeps quoque eruditus vtilia honeſtis miſcere[a].
a in Agr.



PRIN-



PRINCIPIS EX TACITO.



PARS TERTIA.

SED quanquam in summa fortuna auspicijs, & consilijs, quàm telis, & manibus geri solet[a], tamèn cum inter potentes, & validos falsò quiescas[b], suaque retinere priuatæ domus, de alienis certare Regiam laudem[c] esse credatur, non ignauia Imperia contineri possunt[d], sed

a 13. Annal

b 15. Annal.

c ibid.

d ibid.

ſed virorum, armorumque faciendum certamen[e]. Arma tamèn conſilio temperanda[f], nam cauſis, quàm acrioribus conſilijs potentia tutius habetur[g]. Nihil primò æquè Principem anxium habeat, quàm ne compoſita turbentur[h], ob idque deſtinata hæc retineat, conſilijs, & aſtures externas moliri, arma procul habere[i], Cum aduerſus validas gentes nihil vtilius ſit, quàm quod in commune non conſulant[k]: Ideò omne bellum externum cum lętitia habendum[l]: ſemina etiã odiorum iacienda[m], vt maneat, duretque gentibus, ſi non amor noſtri, at certè odium ſui[n]. Ità ſæpè Principes Romani Armeniam ſpecie largitionis, turbandis Barbarorum animis, præbuere[o]. Inde & Druſus non leue decus quæſiuit, illiciens Germanos ad diſcordiã[p].

So-

Arma neceſſaria Regno.

Sed cum cõſilio tractanda.

procul habeantur hoſtium. Et aſtu moliri.

Et odia ſerere politicè poteſt cõtra iniuſtè bellantes.

e ibid.
f 1. Ann.
g 2. Ann.
h ibid.
i ibid.
k in Agr.
l 12. Ann.
m ibid.
n De morib. German.
o 12. Annal.

Federa in cunda.

Societatem quoque alterius induat[q] (dum tamèn eius ruina non ſit ſimul illum tractura[r]) rarus quippè ad propulſandum commune periculum conſenſus[ſ], ne alioqui ſinguli dum pugnant, vniuerſi vincantur[t], & omnibus pereat, quod ſinguli amittant[u]. Quòd ſi magnitudinem ſuam tueri non poteſt[x] Princeps, vnam ponat in armis ſalutem[y]; Ea propter adſint illi viri, arma, equi[z]. Iuuentus armis ſueta, & more militiæ exercita[a], in caſum præliorum ſepoſita, & velut arma, & tela bello reſeruetur[b]: in pace decus, in bello præſidium[c], vt, ſi auxilium res poſcat, non procul acciantur[d]. Non multi, ne proni ad res nouas[e], vbi vires ſuas circumſpexerit[f], contra Ius obſequij, vim meditentur[g]. Sanè longis ſpacijs diſcreti exercitus, quod

& eum quibus.

Diſponatur Arma.

Multitudo diſcreta melius cōtinetur

q

r 12. Annal.

ſ in Agr.

t ibid.

u ibid.

x De morib. German.

y 1. Ann.

z 1. Hiſt.

a Ibid.

b De mori. Germ.

c ibid.

d 4. Ann.

e 1. Hiſt.

f ibid.

g 1. Ann.

quod ſaluberrimum eſt ad continendam militarem vim, nec vi-
h 1. Hiſt. tijs, nec viribus miſcentur[h]. Et quanquam Seianus prætendebat
i 4. Ann. laſciuire Militem diductum[i], credens numero, & robore, & viſu inter ſe fiduciam ipſis, in cæ-
k ibid. teris metum[k], tamèn certum eſt, contractos Milites quærere ar-
l 1. Hiſt. ma, nouaſque diſcordias[l]; Vnde Dux ille cohortes turbidas, ac ſi vnà forent, præualidas diſperſit, partemq; Batauorum ire in ſub-
m 1. Hiſt. ſidium iuſſit[m].

Sed in multis legionibus pauci ſunt, qui prælia profligant[n], Debonestamenta militiæ.
n 14. Annal. Nam Principes eos emunt, non
o 1. Hiſt. legunt[o]; Et vt olim virtutis, modeſtiæque, nunc procacitatis, &
p 3. Hiſt. petulantiæ certamen eſt[p]: Quippè voluntarius Miles deeſt, etſi ſuppeditet, non eadem virtute, ac modeſtia agit, quia plerunq;

inopes, ac vagi spontè militiam sumunt[q]. Et quibus ob egestatem, & flagitia maxima peccandi necessitudo est[r]. Nam militia ipsa grauis, infructuosa, denis in diem assibus vita, & corpus estimatur[s]: Propterea omnia indisposita temulenta peruigilijs, ac baccanalibus, quàm disciplinæ, & castris propriora sunt[t]: Imò vbi opus, Milites nec in procinctu, nec in Castris habentur, sed per omnia Municipia desides hospitibus tantùm metuendi[u], iussa Ducum interpretari magis, quã exequi malunt[x], & effundunt se in epulas, nocturnosque cætus[y], cum tamen fortissimus in ipso discrimine exercitus, qui ante discrimen modestissimus[z]. Qua propter exerceantur legiones etiam sine bello, cura, prouisa perindè agatur, ac si hostis ingruat[a]. Veteris

Eius fructus.

b 4. Ann.
r 3. Ann.
s 1. Ann.
t 2. Hist.
u 3. Hist.
x 2. Hist.
y 4 Hist.
z 1. Hist
a 12. Annal

teris moris admoneãtur, ne quis agmine decedat, ne pugnam, nisi iussus, ineat; stationes vigiliæ, diurna, nocturnaque munia in armis agitentur[b]. Ferunt Militem, quia vallum non accinctus, atque alium, quia pugione tantùm accinctus foderet Corbulonis Ducis iussu morte punitos[c], vt intentum, & magnis delictis inexorabilem scias, cui tantum asperitatis etiam aduersus leuia credebatur[d]. Nec enim in eius exercitu, vt in alijs primum, aut alterum delictum venia prosequebatur, sed pæna, idque vsu salubre, & misericordia melius apparuit[e].

Veterum disciplinã seruent.

& cum rigore.

b 13. Annal.

c ibid.

d Ibid.

e ibid.

Legimus etiam vallum, fossas, materias, lignorum aggestus aduersus otium excogitata, ne seditio incederet, si intermitterentur solita munia[f].

f 1. Ann.

Centurionatus fiat Insuper Centurionatum agi, vbi citatus à Duce nomen, ordinem Patriam, numerum ſtipendiorum, quæ ſtrenuè in bellis feciſſet, edebat. Si induſtria, & innocentia approbaretur, retinebat ordines, vbi verò auaritia, aut crudelitas conſenſu obiectaretur, ſoluebatur militia[g].

g ibid.

Arma qualia ſint. Arma leuia ſint, & expedita, nec enim immenſa ſcuta, enormes haſtæ perindè habentur, quàm gladij, & hęrentia corpori tegmina[h] damno, vt in Sacrouiri bello, quibus erat continuum ferri tegimen (Crupellarios vocabant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles[i]. Quos miles Romanus acceptis ſecuribus, & dolabris, vt ſi murum perrumperet, cædebat, vel trudibus, aut furcis inertem molem proſternebat, iacen-

h 2. Ann.

i 3. Ann.

teſ-

tesque nullo ad resurgendum nixu, quasi exanimes linquebat[k].

k ibid.

In vniuersum autem ęstimantur, plus penes pedites roboris est[l]: Nam equestrium viriũ proprium esse dicitur, citò parere, citò cedere victoriam[m]. Vnde de Cattis loquens Scriptor, omne inquit in pedite robur[n].

Equitum uis, an peditum potior.

l De morib. German.

m ibid.

n ibid.

Vna dein sit cura Ducis, & (quod rarissimum, nec nisi ratione disciplinæ concessum) plus in eo, quàm in exercitu reponas[o]. Dux egregius potiùs, quàm pęcuniosus, & gratia subnixus per ambitum deligatur[p]. Qui scilicèt plures per Prouincias stipendia expleuerit[q], qui norit quis ordo agminis, quæ cura explorandi, quantus vrgendo, trahendoque bello modus[r], qui secundarum, ambiguarumque rerum sciens, eòque interritus[s]. Nec enim

o ibid.

p 13. Annal.

q 3. Ann.

r ibid.

s 1. Ann.

Nullis certis mãdatis mittitur. enim Princeps crebris epistolis illum monere potest[t], quia ex distantibus Terrarum spatijs consilia post res afferrentur[u], Ideòque est, quòd Dux mitti debet nullis certis mandatis, ex re consulturus[x]; Vnde per litteras flagitante Othone, vt maturaretur cùm de prælio Duces dubitarent, res malè cessit[y]: Sicut & quando certam ad diem redire classem Nero iusserat, non exceptis Maris casibus[z]. Namque clades rei naualis accepta[a] fuit, cum nihil tàm capax fortuitorum, quàm mare[b]. Itaque boni Ducis instandum famæ[c], cùm primis euentibus metus, aut fiducia gignatur[d], & pro vt prima cesserint, sunt vniuersa[e]. *Eius bona forma valet.*

Et consiliũ ui potius. Audiuimus autem magnos Duces plura consilio, quàm vi perfecisse[f], satis citò incipi victoriam

t 3. Hist.
u ibid.
x 1. Ann.
y 2. Hist.
z 15. Annal.
a ibid.
b 14. Annal.
c in Agr.
d 11. Annal.
e in Agr.
f 2. Ann.

riam rati, vbi prouiſum ne vincantur[g]. Bellum habere, quàm gerere malunt[h], vnde nectunt moras, mutant locos, miſſis occultè corruptoribus, exuendam ad Fidem hoſtes emercantur[i], pacem, & concordiam ſpecioſis nominibus iactant[k]. Ità ſextus Pompeius imagine pacis oppreſſus[l], ſic Sugambri in deditionem accepti, ſic Sueui, Rexque Maroboduus pace obſtrictus[m]. Quis enim mihi, veri Militis eſſe non fraude, neque occultis, ſed palàm, & armatum Hoſtes vlciſci[n]? Imò loco ſapientiæ eſt vim differre[o], potiorem dolum arbitrari[p]; dum ne rem in diſcrimen[q] ponas, Praui ſunt, qui contemnendis, quàm cauendis hoſtibus meliores[r]. Eiuſdem eſt alienam ſtultitiam opperiri, & quando hoſtis imprudentia ruat[ſ], vel ad intimas

g 2. Hiſt.
h 15. Annal.
i 12. Annal.
k 1. Hiſt
l 1. Ann.
m 2. Ann.
n ibid.
o
p 12. Annal.
q 2. Hiſt.
r 4. Hiſt.
ſ 2. Ann

Strattagemmata probãtur.

mas diſſentiones prolabatur[t]: Ni- *t* 5. Hiſt.
Hoſtium diſcordia prodeſt. hil quippè in bello præſtare fortuna maius poteſt, quàm hoſtium diſcordiam[u]. Ideò Germani- *u* De mori. Germ.
cus quanquam bellum in æſtatem proximam ſumma ope parabat, initio tamen veris, & ſubito in Chattos excurſu præcepit, nam ſpes inceſſerat diſſidere hoſtem inter Segeſtem, & Arminium[x]: Propterea quod dum ſibi *x* 1. Ann.
quiſque contra æmulos ſubſidium parat accitus in partes aduerſus omnes valeſcit[y]: Accitus, in- *y* 6. Ann.
quam, quia aliàs bellum externum concordiam parat[z]. Sed iam *z* 2. Hiſt.
Ante bellum Dux qui ſe gerat. bellum ingruit[a]; quid tum? Ipſe *a* 1. Ann.
Dux ante agmen, quo cæteris par animus ſimili periculo ſit, erigat aciem[b], & incedens itineri, & prę- *b* in Agr.
Pugnæ ineũdæ ratio. lio[c], opportunitates locorum pu- *c* 1. Ann.
gnæ legat[d], vt ſit ſuis neceſſitas in *d* in Agr.
loco, ſpes in virtute, ſalus ex victo-

e 2. Ann. ctoria[e], Peditum auxilia, & exte-
f. 1. Ann. ri agmen ducant[f], equites corni-
g in Agr. bus effundantur[g], propriæ legio-
nes stent pro vallo, vt sit ingens
victoriæ decus citrà domesticum
h Ibid. sanguinem bellanti[h]. Atque
vbi primùm simùl instructas vi-
i in Agr. derit acies[i], quanquam virtuti
suorum confidat exortationes, &
K 14. An nal. preces miscendo[k], silentium ma-
l 1. Ann. nu poscat[l], & in hunc ferè modũ
m in Agr. loquatur[m]. Iam quibus salus, *Oratio ad milites.*
quàm quibus gloria carissima
n ibid. est[n], commilitones, tandem sumi-
o ibid. te animum[o]. Mihi iam pridem
decretum est, neq; exercitus, ne-
p ibid. que Ducis terga tuta esse[p], fugien-
tibus sæuitia hostium super est,
q 2. Ann. victorib. decus, & honor[q], proin-
r In Agr. dè, & honesta mors vita potior[r], &
incolumitas, & decus eodem lo-
s ibid. co sita sunt[s]: si tædio viarum, &
t 1. Ann. laboris finem cupitis[t], imponite

bello magnum diem[u]; ne terreat vanus hostium aspectus[x], sed insistite cędibus[y], densate ictus, & ora mucronibus quærite[z]. Memineritis omnia prona victoribus, atque eadem victis aduersa[a]: Vnde virtutem armis affirmatè[b]. Est enim vobis robur peditum, equitumque[c]. Pandite ergo sinum, & venienti fortunæ occurrite[d], quæ fortioribus adest[e], aliaque domi cara, quæ in castris honesta memoret, reticeat de aduersis[f]. Mox idem Dux nullum constantis Imperatoris, aut fortissimi militis officium omittat[g], occurset pauentibus, retineat cadẽtes Vbi plurimus labor, vnde aliqua spes, consilio, manu, voce insignis hosti, conspicuus suis[h]. Et velut Corbulo aliquis cultu leui, capite intecto, in agmine, in laboribus frequens adesse, laudem

u In Agr.
x ibid.
y 2. Ann.
z ibid.
a in Agr.
b 4. Hist
c ibid.
d Ibid.
e ibid.
f. 1. Ann.
g. 3. Hist.
h 3. Hist.

dem ſtrenuis, ſolatium inualidis, exemplum omnibus oſtendere[i].

i 13. Annal.

Ducis denique ea virtus ſit, quanquam proſperis ſuis rebus moderari fortunę ſuæ[k], nam rebus ſecundis etiam ægregij Duces inſoleſcunt[l], qui dum læta omnia ſibi fingunt[m], aliquod vulnus per nimiam fiduciam accipiunt[n], vel quid, vnde victoriam lacerent[o]. Arceat ſuos à præda, nimis enim obſtitit ſemper vincentibus, prauum inter ipſos certamen omiſſo hoſte ſpolia conſectandi[p]: Partam victoriam firmet, & nolit noua moliri, niſi prioribus firmatis[q], vt ille, qui longis itineribus perſcrutatus erat, quæ obtineri nequibant[r] tandem pacem, & concordiam victis vtilia, victoribus pulcra[ſ] amplexetur. Bellorum enim

k 15. Annal. l 2. Hiſt. m ibid. n in Agr. o Hiſt. p 4. Hiſt. q 12. Annal. r 15. Annal. ſ 3. Hiſt.

Moderetur fortuna. *Arcendi milites à præda, donec planè vicerint.* *Victoriã firmet.* *Pacem amet.*

egregij fines quoties ignoſcendo transſigantur[t]. Ità Maioribus placitum, quanta peruicacia in hoſtes, tanta beneficentia vtendum aduerſus ſupplices[u]. Cùm etiam aliquando tutius ſit, poſtquam vltioni ſatis conſultum eſt, hoſtes, rebelleſque gentes diſcordijs internis potiùs relinqui[x], quã tot caſus ſubire, totq; prælia & vbi ſolitudo fiat, pacem appellare[y]. Præterquam quòd hoſtis longa militia inſueſcit ſigna ſequi, ſubſidijs firmari, dicta Imperatorum accipere[z] in perniciem noſtram. Quinimò, & vnicum vitijs in conſenſu leuamentum[a] eſt, extremaq; deſperatione ad iram ſæpiùs, quàm in formidinem ſtimulantur[b]. Cornelius ideò imminentium periculorum remedium ipſa pericula ratus, vrgebat[c]. Cùmque de reliquijs Vitelliaa-

vt diſcordij internis Hoſtes relinquantur.

& ne inſtruatur Hoſtis.

& deſperatio ne accendatur.

t 12. Annal.
u ibid.
x 2. Ann.
x ibid.
y ibid.
z ibid.
a 2. Hiſt.
b ibid.
c 12. Annal.

liani exercitus dubitaretur, censentibus plerisque interficiendos turbidos, infidos, vicit tamen ratio parcendi, ne sublata spe veniæ, pertinacia accenderen-
d 4. Hist. tur[d]. Sed quando dicimus boni Ducis imperatoriam esse virtu-
e in Agr. tem[e], cùm bellum est, interesse Principem pugnę, an seponi me- *An principem bello interesse debat.*
f 2. Hist. liùs, dubitatur[f]: & sunt qui putent ire ipsum, & opponere maiestatem suam debere, cessuris, *Quidam aiunt.* vbi Principem longa experientia, eundemque munificentiæ
g 2. Ann. summum viderint[g], maximè si salus Regni in discrimen verta-
q 4. Hist. tur[h]: Contrà tamèn ille summus, dubijs præliorum exem- *Meliores negant.* ptus, summæ rerum seipsum
i 2. Hist. seruet[i]. Nec enim decorum Principi, si vna, alteraue Ciuitas turbet, omittere Vrbem, vnde in
k 3. Ann. omnia regimen[k]: Immotum igitur

tur

tur, infixumq; illi ſit, non omit-

Ne ſe in caſum det tere caput rerum, ſeque, Remp.

in caſum dare[l]. Sed iam iam itu- *l*

fingat tamen ſe iturum. rus, vt Tiberius, legat Comi-

tes, conquirat impedimenta,

adunet naues, mox varia

negocia cauſatus,

prudentes,

vulgus,

&

Prouincias

fallat[m]. *m 1. Ann.*





PRINCIPIS EX TACITO.



PARS QVARTA.

HACTENVS, Princeps, quomodo arma palam vites[a], at fraus, & dolus occulta, eòque ineuitabilia[b]. Fluxa militum fides, & periculum ex singulis[c], qui specie amicitiæ dolum parant[d], & vnde vtilitas ostenditur illuc libidinem transferunt[e]; priuata cuique stimulatio,

Ad ciuile bellum.

fraudes.

a 2. Hist.

b ibid.

c ibid.

d 15. Annal.

e 14. Annal.

tio, & vtile decus publicum[f]. [f] 1. Hist.
Et verò quid proderunt cohortes, alæque, si vnus, alterue præsenti facinore paratum ex diuerso præmium[g], & summam sceleris poscant[h]? vt non immeritò sit Princeps ad omnes suspiciones pauidus[i], & adeò potentiæ anxius[k], vt displiceant, & altius illius animum penetrent[l] ciuilia quoq; filiorum ingenia[m], ne habere imperium, quàm expectare malint[n]. Caueat proindè ne mobiles eorum animi præmaturis honoribus ad superbiam extollantur[o]. Quid mirum? Primę dominandi spes in arduo sunt, vbi sis ingressus, adsunt studia, & ministri[p]: Et quia breui momento summa verti possunt[q], omnes orientem spectant, occidentem deserunt[r]. Tiberius ideò se tutiorem rebatur, Druso filio procùl

Princeps pauidus.

etiam aduersus filios.

ne intempestiue communari malint.

[g] 2. Hist.
[h] 14. Annal.
[i] 2. Hist.
[k] 4. Ann.
[l] 1. Ann.
[m] 2. Ann.
[n] 1. Ann.
[o] 4. Ann.
[p] 4. Ann.
[q] ibid.
[r] 6. Ann.

ad

s 2. Ann. ad bellum missos: Ex quo dicimus, suspectum, & inuisum, qui proximus destinatur, vt fermè acerrima proximorum odia, & quę inter concordes vincula caritatis, incitamenta irarum apud infensos sunt. Suus nihilominus sanguis cuique indiscretus, maximè Principibus, quorum prosperis & alij fruuntur, aduersa adiunctissimos spectant. Igitur, vt redeant, primò miles in forum, miles in curiam Principem comitetur, excubiæ, arma, cætera aulæ, adeoque cohortem Germanorum olim à Cæsaribus institutam, atque multis experimentis fidelissimam ad corporis custodiam adsumat. Nam Germani custodes Tiberio erant, eosque Nero excubijs miscebat, vt quibus fideret, quasi externis. Sed & æpulante Principe, non

Ideò inuisus successor.

t 1. Hist.

u in. Agr

x. Ann.

y 4. Hist.

Cautiones Principis pro salute.

z 1. Ann.

a 1. Hist. & Ann.

b 1. Ann.

c 15. Annal.

omittatur vetus institutum, quò cibus, potusque eius delectus ex ministris gustu exploret[d], imò & d 13. Annal. præsumendo remedia muniat corpus[e]. e.. Ann.

Coniurationes aperiat. Interim verò cruciatu, aut pręmio cuncta sibi peruia esse curet[f], quod facilè assequetur, cùm f 15. Annal. frustra silentium, & fidem in *Quomodo* consciorum animis speres[g]. Sunt g. Annal. qui custodes, & seruos, qui multa sceleris indicia præueniunt[h], h 14. Annal. suspectis addunt; vt inconsultas voces excipiant, nuncios, aperta, secreto, velut in annales referunt[i]: Nec non delatores, ge- i 6. Ann. nus hominum publico exitio repertum, nullis satis pœnis coer- *Conniueat tamen aliquãdo.* citum, per præmia eliciunt[k]. Vnũ K 4. Ann. autem, & præcipuum remedium insidiarum, si non intelligantur[l], l 14. Annal. *Tam incæpti, quã patrati facinoris reus est.* ne coniurationis manifesti[m] malint patrati, quàm incępti facino- m 15. Annal.

ris

n 2. Ann. ris esse reos[n]. Othonis verba sunt, acrioris Viri esse, meritò
o 1. Hist. perire[o], postquàm in eiusmodi consilijs idem est, imò periculo-
p in Agr. sius deprehendi, quàm audere[p]. Conniuere igitur aliquando oportet (non tamèn adeò, vt dissi-
q 1. Hist. mulans suspectior sit[q]) & securitati cosulere, antequàm vindi-
r 11. Annal. ctæ[r], interimque videre, si incipiens, & non dum penè adulta seditio melioribus consilijs flecta-
s 1. Hist. tur[s]. Sed quanuis magnitudo facinoris metum, prolationes, & diuersa interdum consilia affe-
t 4. Ann. rat[t], tamèn quia sæpè modicis re-
u 14. Anna. medijs primi motus consedere[u], nihil in hisce casibus, & tumul-
x 1. Hist. tibus festinatione tutius[x]: & scito suspiciones imbecilles, & ina- *Festinandum.*
y 2. Ann. nia etiam famæ pertimescenda[y]. Nam conspirantibus persuasum est priuatis cogitationibus regres- *Cogitationes in crimine læsæ Maiestatis puniuntur.*

ſus dari, & pro vt velint, plus, minuſuè ſumi ex fortuna, Imperium cupientibus nihil medium inter ſumma, & præcipitia[z]. z 2. Hiſt.

Inuenio apud Auctores,[a] Torquatum Silanum morti adactum a ibid. quòd haberet quoſdam, qui ab epiſtolis, & rationibus dicebantur nomina ſummæ rei, & meditamenti[b], tanquam iam diſponeret Imperij curas[c]. b 15. Annal. c .. Ann.

Alterum quod inter imagines maiorũ Caij Caſſij effigiem coluiſſet, cum inſcriptione ***Duci partium***, quippè ſemina ciuilis belli quærere videretur[d]. Quid d 16. Annal. tandem? Non ne maieſtatis poſtulatus fuit Granius Marcellus Bitiniæ Prætor, quòd ſtatuam ſuam altiùs, quàm Cæſarum poſuiſſet[e]? Præueni ergo[f]; quid enim expectes, iam qui deliberant, deſciuerunt[g], ideoque meliorem e 7. Ann. f 1. Hiſt. g 2. Hiſt.

Præueni inſidiantes.

in

in bello, quàm in pace causam habent[b].

b ibid.

Solent etiam turbidi miscendis seditionibus[i], & rebellionem captantes[k], vecordi facundia[l] per conciliabula, & cætus, seditiosa disserere[m], imperitos animos impellunt[n], clam, & nocturnis colloquijs, aut flexo in vesperam die, dilapsis melioribus, deterrimum quemq; congregantes[o]. Illi hic inseruntquerelas, & ambiguos de Principe sermones, quæque alia turbamenta vulgi[p] libertatem, & speciosa nomina pretexantur[q], mox promptis, iam & alijs seditionis ministris[r] (quod in seditionibus accidit) vnde plures erant, omnes sunt[s]. Is enim sæpè status animorum est, vt pessimum facinus audeant pauci, plures velint, omnes patiantur[t]. Hic statim occurrendum discri-

Seditiosorum artes

i 4. Hist.
K 2. Ann.
l 4. Hist.
m 1. Ann.
n 1. Ann.
o ibid.
p 1. Hist.
q 4. Hist.
r 1. Ann.
s 1. Hist.
ibid.

Quæ reprimendæ

mi-

mini[u], & festinandum antequam crescat inualida adhuc coniuratio paucorum[x]. Inuenit æmulos infelix nequitia: quid si floreat, vigeatq;[y] at certè quod accidit in perditis rebus, omnes pręcipere, nemo exequi[z], consilium ab omnibus datur, periculum pauci sumunt[a]. Facilis credulitas eorũ, qui pauent[b], modo nihil spernendum, modo non omnia metuenda ambigunt[c], vt non satis constet, quid pro tẽpore foret[d], adeò pauidis consilia in incerto sunt[e]. Imò, quod inter ancipitia deterrimum est, dum media sequantur, nec audet satis, nec prouidet[f]. Animo hìc ergo opus. Mitte statim, quibus fęcundia sit, mulcendi vulgi artes, & auctoritas[g], vt concedant etiam sine cunctatione, quæ statim tribui possunt[h]; nam cur venisset ex-

cla-

Sed consilia in tali re tepida.

& incerta.

Auden dum tamen, & quib modis

u ibid.

x ibid.

y 4. Hist.

z 3. Hist.

a ibid.

b 15. Annal.

c 2. Ann.

d ibid.

e ibid.

f 3. Ann.

g 3. Hist.

h 1 Ann.

clamarent nulla benefaciendi licentia[i] ? At vbi periculosa sæueritas, flagitiosa largitio[k], da verba, quæ plurimum valent[l], spem offer, metum intende[m], blanda promitte, speciosa verbis, & re inania[n], nam mox irrita facies, quę per seditionē expresserint[o]. Mittas etiam, qui eadem velle simulent, quò plus auctoritatis consilijs adsit[p]. Spurinna temeritatis alienæ factus comes, ait noster, non tàm culpam exprobrans, quàm rationem ostendens[q], fato acta dictitans, quæ tali seditione euenissent[r], parat obsequium, & amorem parendi[s]. Sic etiam Otho per speciem vinculorum Marium Celsum seuitiæ militum subtraxit[t].

Interim verò (quanquam res aduersæ consilium adimunt[u], vt sunt molles in calamitate mortalium

i ibid.
k Ibid.
l 4. Hist.
m 1. Ann.
n ibid.
o ibid.
p 2. Hist.
q ibid.
r 4. Hist.
s 2. Hist.
t 1. Hist.
u 11. Annal.

lium

Princeps intrepidus. lium animi[x]) tristissima quæque occultans, tantò impensiùs in seueritatem compositus, non vultu mutatus, non metu[y], fortitudinem animi Princeps ostẽdas[z]: Non tamèn tu ipse ad iratos eas[a], vt integra auctoritas tua maioribus remedijs seruetur[b]: Cum etiã eundi vltro si ratio sit, facultas regressus, si peniteat, in aliena possit esse manu[c]. Quanquam præsidium ab audacia mutuari potes[d]. Principem sua maiestas defendit[e], quo viso seditiosi trepidabunt[f]. Diuus Augustus vultu, & aspectu Actiacas legiones exterruit[g], Diuusque Iulius vno verbo seditionem compescuit[h]. Quid enim Princeps nobilitate ingenita, quanuis rudis dicendi[i], apta temperandis animis disserens[k], non mouebit? Multa etiam experiendo fiunt, quæ segni-

Non tamen eat ad Rebelles.

aliquãdo eat.

Visus enim eius timetur.

x 4. Ann.
y 3. Ann.
z 4. Ann.
a 1. Hist.
b ibid.
c ibid.
d 1. Ann.
e ibid.
f ibid.
g ibid.
h Ibid.
i ibid.
k Ibid.

l 15. Annal. gnibus ardua videntur[l]. Et fortes, & strenui, quibus Dij adsunt[m], contra fortunam quoque
m 4. Hist. insistunt spei: timidi, & ignaui ad deliberationem formidine properant[n]. Tandem, quæ fato ma-
n 2. Hist. nent, quamuis significata, non vi-
o 1. Hist. tantur[o].

Quod si vires iam egit seditio, fortioribus remedijs agendum erit[p], et si Imperium detrectetur bello certandum[q], vtque rei agi possint, etiam acie vincendi[r], ne alioqui periculum sit ex misericordia[s]. Nihil in vulgo modicũ, terrere ni paueant, vbi pertimuerint, impunè contemni[t]. Vbi ergo nefariam voce, aut facto mentem suam, & aures aliorum seditiosi polluerint, neque carcer, neque laqueus, ne seruilis quidem cruciatus in eos suffecerint[u]. Habet aliquid ex iniquo

Si aduals seditio sit, quid agendum?

p 1. Ann.
q Ibid.
r ibid.
s 3. Ann.
t 1. Ann.
u 3. Ann.

Rigidè.

Puni

omne magnum exemplum, quòd contra singulos publica vtilitate repēditur[x]. Adeò vt sæpe multa fiant magis bono exemplo, quàm concesso Iure[y], atque ità vltio ad præsens, in posterum munimentum est[z]. Vtendum tamen euentu[a], ne intempestiuis remedijs delicta accendas[b], & subita coercitio plus damni in Remp. ferat[c]. Blesus cum quosdam seditiosos affici verberibus, & claudi carcere iussisset, acriorem inde vim fecit, & plures seditioni Duces[d]. Drusus contrà, primùm seditiosos dissociauit[e], quo tutissimo remedio consensus multitudinis tolleretur[f]: Et tunc adijciendos metus censuit sublatis seditionum acutoribus[g]. Vibulenum, & Percēnium Duces seditionis interfici iussit[h], & præcipuos turbantes, nihil ausuros ce-

te-

sed in tempore puni

Sublatis auctorib.

x 14. Annal.
y 1. Ann.
z 1. Hist.
a 2. Ann.
b 12. Annal.
c 3. Ann.
d 1. Ann.
e ibid.
f 4. Ann.
g 1. Ann.
h ibid.

teros arbitratus Principibus amo
i ibid. tis[i].

Tradunt autem plerique eos intra tabernaculum Ducis obru- *Et clam punitis.*
k Ibid. tos[k], cautè quidem, ità Tiberius pseudo posthumi Agrippæ pænam palàm non ausus, in secreta parte Palatij interfici iussit, & *Maximè procerib.*
l 2. Ann. corpus clam auferri[l]. Vt piaculum enim obijcitur aliquis postulantibus manifestior, & pu- *sæcus vilibus.*
m 1. Hist. nienti vilior[m], gratus autem vul-
n 1. Ann. go[n], & potens in carcerem ductus
o 3. Ann. statim exanimetur[o], vel eximatur pæna, vt ciuilis ille præpotens inter Batauos, ne supplicio eius
p 1. Hist. gens ferox alienaretur[p]. Neq; verò rarò tenuioribus statim irrogata supplicia, aduersus illustres *Dissimuletur aduersus potentes.*
dissimulatum ad præsens, mox
q redditum odium[q].

Tiberius Libonem illum, quẽ oderat, ornat Prætura, conuenti-

bus adhibet, non vultu alienatus, non verbis commotior, adeò iram recondebat[r]. Illud tamèn signa, magnum flagitij reum compertum[s], nunquam tutò dimitti: Nam beneficia eò vſque læta ſunt, dum videntur exolui poſſe, vbi multum anteuenerint, pro gratia odium redditur[t], propriumque eſt humani generis odiſſe quem læſerit[u].

Nunquã dimittantur impunè.

r 2. Ann.
s 1. Ann.
t 3. Ann.
u in. Agr

Sanè hos, qui plus quàm ciuilia agitant[x], pars conſilij, paciſq; erit[y], ſi propalam opprimi nequeant, laudibus cumulare[z]. Remouere fictis cauſis, & ſpecie honoris[a], aut legationis ſeponere[b], præficere Prouincijs[c], externo bello illigare[d], & tandèm dolo ſimùl, & caſibus imponere[e], vt ità noua cupientibus auferatur Dux, & auctor[f].

Sed quid cum illis.

x 1. Ann.
y 3. Hiſt.
z 4. Hiſt.
a 11. Annal.
b 1. Hiſt.
c 13. Annal.
d 3. Hiſt.
e 2. Ann.
f ibid.

Otho non quaſi ignoſceret,

ne ho-

ne hostis metum recōciliationis adhiberet, Celsum intra intimos amicos habuit, mox bello inter
g 1. Hist. Duces elegit[g].

Placitum, & aliquando, vt in liberos conspirantium aduerta- Filij Rebelliũ in pœna.
h 5. Ann. tur[h], vt semina ciuilis belli extin-
i 4. Hist. guantur[i]: Ità Mutianus Vitellij filium interfici iussit, mansuram
k ibid. aliter discordiam obtendens[k]; Filij enim Patris ferociam, & spi-
l 1. Ann. ritum retinere creduntur[l].

Decet autèm, vt quidam sentiunt, in seditionibus, si omnium culpa fuit, paucorum esse pœ- An omnes seditiosi puniendi.
m 1. Hist. nam[m], ne omnes tollantur vno
n In Agr. velut ictu[n], & vt euitentur proscriptiones illæ Ciuium, & diuisiones Agrorũ, ne ipsis quidem,
o 1. Ann. qui fecere, laudatæ[o]. Quinimò Tiberij exemplo, quanquam multi sustentasse opibus, & consilijs
p 2. Ann. dicantur[p], haud quæres. Sat est

enim

enim si vnus, alterue, maximè prompti subuertantur[q]. Bonum etiam sit collata in libros indicia, confessionesque damnatorum palàm ostendere, ne crebro vulgi rumore lacereris, tanquam viros insontes ob inuidiam, & mætum extinxeris[r].

processus fiat.

Seditiones aliquãdo nutriendæ.

Aliquando tamèn Dominationis arcanum est[s] (adeò sunt incertæ potentium res[t]) maximè in populis, qui nec totam libertatem, nec totam seruitutem pati possunt[u], alere seditiones, & turbas dubitatione[x], cunctaque, cum prohiberi possent, scire malle[y], vt iustè subiugentur, sitque intolerantior seruitus iterum victis[z].

Finis cũ voto ad Pricipem

Sed hactenus, quæ pauca de principatu statui differere[a], hac rara temporum felicitate, & sentire, quæ velis, & quæ sentias dicere licèt[b].

q 2. Hist.
r 15. Annal.
s 2. Ann.
t
u 1. Hist.
x 3. Ann.
y ibid.
z ibid.
a 4. Hist.
b in Agr.

Et

Et Deum, Princeps, precor, vt tibi ad finem vſque vitæ quietam, & intelligentem humani, Diuinique Iuris mentem duit, qua maioribus tuis dignum, rerum publicarum prouidum, conſtantem in periculis, & offenſionum pro Rep. non pauidum reddat, vt locum Principem impleas, & quandocumque conceſſeris, cum laude facta, atque famam nominis tui omnes proſequantur[c], temporibuſque tuis dicendis non deſint decora ingenia[d].

c 4. Ann.

d 1. Ann.

**
*

FINIS.

Adm. Illust. ac adm. R. D. Niccolaus Cinius Can. Flor. videat an in retroscripto Operæ contineatur quid Pietati Christianæ bonisuè morib. aduersum, & refer. Dat. die 29. Aug. 1634

Vincentius Rabatta Vic. Flor.

Ego Nicolaus Cinius Can. Fl. vidi hoc opus, in quo nihil inueni, quòd Catholicæ Fidei, bonisuè morib. aduersetur: In quorum fidem me subscrip. die 9. Septembris 1634.

Nicolaus Cinius Can. Flor. m. prop.

Imprimatur

Seruatis seruandis, die 28. Sep. 1634

Vincentius Rabatta Vic. Flor.

Imprimatur. Die 3. Octob. 1634.

Fr. Clem. Egidius Inquis. Gen. Flor.

Sebastianus Cellesius, &c.

KONSERVIERT DURCH
ÖSTERREICHISCHE FLORENZHILFE
WIEN 1967